Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26045
Copyright: Admont, Benediktinerstift

hoc plus amat. Constat enim plus amari hominem uitiorem quam ex
teriorem. Unde hoc constat: unusquisque in se ipso probet. Quam uis enim quamlibet
uituperant animos suos corpori addicant. uiuere tamen uolunt. quod
nec non animi magisque se ipsos indicant quod regunt. quam illa quae re
gunt. Regunt enim animi. regunt autem corpora. Gaudet quisque uolup
tate. & capit de corpore uoluptatem. sed separa animum nichil
restat in corpore quod gaudeat. Et si de corpore gaudet. animus
gaudet. Si gaudet de domo sua. de se non debet gaudere. Et si
habet animus unde oblectetur extrinsecus. sine delicius manet
uitiosus. Omnino constat plus amare hominem animam suam quam
corpus suum. Sed in alio homine plus amat homo animam quam corpus.
Quid enim amatur in amico. ubi est amor sincerior & castior. Quid amatur
in amico. Animus an corpus. Si fides amatur. animus amatur. Si be
nuolentia amatur. benuolentiae sedes animus est. Si hoc amas in
altero quia ipse amat te. animum amas. quia non caro sed animus amat.
Ido enim amas. quia te amat. Quere unde te amet. & inde quod a
mes. Plus quam amatur. Non uidetur. aliquid etiam uolo dicere. ubi magis
appareat dilectionem uiri quantum amet animus. Inquam admo
dum corpori proponatur. Illi ipsi lasciui amatores quod corporum pul
chritudine delectantur. & forma membrorum accenduntur. tunc amant
amplius quando amantur. Nam si amet & sentiat quia odio habetur. ma
gis irascitur quam diligit. Quare magis irascitur quam diligit. Quia
non ei redditur quod impendit. Si quidem ipsi corporum amatores recla
mari se uolunt. & hoc eos magis delectat si amentur. quales sunt
amatores animorum. Et si magni sunt amatores animorum. quales sunt
di amatores quia pulchros animos facit. Sicut enim animus facit decorum
in corpore. sic dominus in animo. Non enim facit corpori unde ametur
non animus. Qui cum migrauerit. cadauer horrescet. & quantumcumque
pulchra illa membra dilexeris. sepelire festinas. Decus quidem corpo
ris animus. decor animi dominus. Clamat quidem dominus ut ueniam & bibam.
sitiam. sitiam. & dicit quia cum biberim fluuina aquae uiuae fluent
de uentre meo. Venter interioris hominis. conscientia cordis est.
Bibito quidem isto liquore uiuescit purgata conscientia. & haurient
fontem habebit. etiam ipsa fons erit. Quid est fons. quid est fluuius.
quia manat de uentre interioris hominis. Benuolentia. quia